

4. Ridiculi forent, qvi aut pericula fu-  
gerent, aut vitæ salvandæ media qvære-  
rent. Nam qvod fit necessitate planè in-  
evitabili, id neq; mediis ullis protrahi  
potest.

*Rejicimus* proinde meritò impiam & er-  
roneam vulgi sententiam, nempe *fatalem*  
*& certum terminum vitæ nostræ esse præfi-*  
*xum, ita, ut prout Deus cuilibet terminum &*  
*boram mortis præfixerit, ita necessariò mori-*  
*togatur, denn sein Stündlein sey ihm also*  
*auffgesetzt.* Sic enim, ut dictum, promis-  
siones Dei de longævitate: sic commina-  
tiones de abbreviatione vitæ impiorum:  
sic medicorum consilia, & ipsorum medi-  
camentorum vires, sic preces piorum  
prorsus essent vanæ, irritæ, & supervaca-  
neæ: Qvin culpa qvoq; in Deum ipsum  
redundaret, si quis  $\alpha\mu\Phi\circ\omega\varsigma$  sibi ipsi manus  
violentas inferret, propterea qvod termi-  
nus iste vitæ à Deo sic ipsi esset præfixus.  
*Notetur ergò cuilibet homini certum præfi-*  
*xum esse terminum sed non fatalem.* Vide  
de humanæ vitæ termino Doct. Balth. Mei-  
snerum in dissertatione de Legibus pag. 108.

seq.